



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 27. Pragensis Archiepiscopi Sententia contra usum Calicis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI.  
A. C. 1562. usum peterent, in vera fide vacillan-  
redarguebat, eo quod eorum petitio an-  
invehendam hæresin tenderet: Deinde  
que concludebat, quod satius esset, res  
summi Pontificis iudicio relinquere, quæ  
per suos Nuntios certior redderetur  
de statu hujus, illiusve regionis, ac de  
iis, quibus singulæ nationes indigerent  
& pro temporum, rerumque opportu-  
nitate Calicem aut concedere, aut re-  
vocare posset peculiaria privilegia cie-  
ca illius usum antehac data, prout Ec-  
clesiæ bono melius conducere iudica-  
verit.

## §. XXVII.

*Pragensis Archiepiscopi sententia con-  
tra usum Calicis.*

*Pallav. c. 4.*  
*n. 8.* Præterea Pragensis Archiepiscopus  
quatuor hominum genera distingue-  
bat, & quidem primo inquiebat, dari  
veros Catholicos. II. Denuntiatos, ac  
manifestos hæreticos, quorum tamen  
nullos calicem postulare dicebat: III.  
ajebat, reperiri Catholicos simulatos,  
& fictos, qui per eam simulationem  
sibi gratiam Cæsaris, aliorumque Prin-  
cipum acquirere arbitrantur: quarto  
loco ponebat Catholicos imbecilles,  
atque in fide parum firmos: porro ho-  
rum primos ajebat Calicem non posse  
re, imo reluctari ejus concessioni: de  
mani-

manifestis hæreticis assererat, quod hi de Sæcul. XVI.  
 eo non curarent: simulatos equidem A.C. 1562.  
 catholicos id petere inquiebat, sed  
 unice, ut hoc obtentu hæresin suam  
 operiant, & Principis voluntati deser-  
 viant, quibus tamen præcipue calix de-  
 negandus esset: „postremi autem, profe-  
 „quebatur, in fide debiles calicem pe-  
 „tunt, quia sinistram de Ecclesiastica  
 „potestate, atque in primis de summo  
 „Pontifice opinionem imbiberunt: ne-  
 „que enim calicem ex pietatis affectu  
 „deposcunt, cum ipsi vanitatum, volu-  
 „ptatumque humanarum cœno immer-  
 „si, ad confessionem, sacramque Syna-  
 „xin non nisi semel quotannis, idque  
 „gravate accedant: unde liquido evin-  
 „citur, quod non flagrent illi hoc de-  
 „votionis ardore, ut communionem sub  
 „utraque specie pietatis desiderio fla-  
 „gitare deberent: imitanda igitur Pa-  
 „trum Basileensium industria, deligen-  
 „dique vel a Papa, vel Concilio de-  
 „cem Præsules, qui a Synodo delegati,  
 „provincias a Cæsare nominatas per-  
 „lustrent, atque, ubi homines vere pœ-  
 „nitentes, & calicem pietatis zelo sitien-  
 „tes, eive ritui assuefactos deprehen-  
 „derint, modo ad Ecclesiæ gremium  
 „sincere redire non recusent, his recon-  
 „ciliatis calicem concedant.”

Sæc. XVI.  
A. C. 1562.

Postremæ huic opinioni accessit Eblanus Brixienſis Episcopus, duntaxat subjungens, horum Præſulum selectum soli Pontifici esse relinquendum.

§. XXVIII.

*Lancianensis, & Panormitani Archiepiscoporum opinio contraria.*

*Pall. c. 4. n. 9.* Verum ex adverso Lancianensis Archiepiscopus ita censuit: „quicquam „indulgendum est nationum illarum in „firmitati, nec adhibenda cum ipsis a „curationis severitas, quæ ad mortem „illas pertraheret; nam sic Moyſes „geſſit in permittendo Judæis re- „pudiare; prout scribit magnus S. Grego- „rius ad Archiepiscopum Moguntinum. Ad id confirmandum Octavius Precovius e Sancti Francisci familia Archiepiscopus Panormitanus dixit: „cum „ista præſentia Religionis mala prove- „niunt ex severitate, quæ adversus im- „becilles exercebatur, qui ob repulſam „eorum, quæ aliunde permissa ipsis con- „cedi potuiſſent, ad impietatem pro- „lapſi ſunt; nam hoc pacto a Lutero, „ſummopere irritato, quod ipsi, ejus- „que Ordini munus promulgandi indul- „gentias denegaretur, Ecclesia fuit a- „gitata, ac Saxonix Dux, ob repulſam, „quod circa hoc petitum nihil remittatur, indignatus, hujus hæreſiarchæ pa- „træ